



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XXIV. Vtrum hominum sanctitate florentium animas Angelos esse senerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A homini pio infidias, vicitus est ab eo, pugna excedentem cestus artemque reponere, & apud Inferos, vel destinatum sibi locum abeuntem non amplius hominibus ad nequitiam follitandis operam suam conferre: hinc imminuto Demonum tentatorum numero facilius esse ad Christi fidem aditus, pluresque ad Deum converti, quam cum integris copiis nefariori illi hostes decertabant; id quod Scripturarum deum auctoritate conatur probare. Cū autē Adamantius Homil. 35. in Luc. Neque enim omnes omnium sunt adversarij, sed singuli singulos habent, qui ubique eos sequuntur, & sint comites; id ita conciliari potest cum superioribus: quos vincit ab hominibus, & vicit dixit tentandis ihs absistere, eos significavit qui per intervalla faciunt impressiones & bellum adversus homines movent; qui autem perpetui comites hominibus assignati adhaerent, ihs vero ius suum integrum etiam superatis & hominibus numpierte confutatis remanere. Planissime vero sensus super hoc argumento suos enarrat libr. 1. *de anima*, cap. 6. quem locum jam supra produximus: *interim tam in his que viidentur, & temporalibus facultatibus, quam in illis que non viidentur, & eterna sunt, omnes isti pro ordine, proportione, modo, & meritorum dignitatibus dispensantur, ut alij in primis, alij in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus, & per majora ac graviora supplicia, necnon & diurna, ac multis, ut ita dicam, facultatibus tolerata, a posterioribus emendationibus reparati & restituti eruditissimis; primo Angelicis, tum deinde etiam graduum virtutibus, & sic per singula ad superiora proiecti, usque ad ea que sunt invisibilis & eterna perveniant, singulis videlicet quibusque celestium Virtutum officiis quadam eruditio in specie peraguntur.*

XIII. Vanus sane esset ac supervacaneus labor, Patrum omnium nomina & verba producere, quotquot post admissum scelus non statim in Tartarum detrusos Angelos sensere, sed danni licet pena, ut vocant, affectos, *pena* tamen *sensus* ac suppliciorum esse expertes. Consulatur Bellarminus libr. 1. De beatit. Sanctor. cap. 6. Gravius illud est, quod Patrum illorum complures sensisse refert Eusebius, ne aeternis quidem cruciatibus scelis *Euseb. Hist. Eccles. libr. 4. cap. 18.* damnatum scivisse Diabolum, antequam publice illud Christus ac palam praedicasset. Atque hinc in omne nequitia genus prorupisse, passimque heresies disseminasse narrat Isidorus Pelusiota, libr. 2. Epist. 90. *αερούς οί και την θνητάς της αρπάγης την προσόντην την θνητήν οὐκέτι, ούτε αερότες είναι*. *Auditio sententie adversum se late decreto, acrius spiravit in nos, & hateres peperit.* Origenissa ipse Eusebius libr. 7. De præpar. Evang. in eo capite quod inscriptum est: *αερί αναστολήν δινάμειον*, ubi postquam Dæmones propter impietatem in Tartarum precipitatis suisse dixit, partem exiguum ad excedendam piorum hominum sanctitatem circa terram fecisse moram, ac idolatriam in homines invexisse tradit. Origenissa & Casianus Collat. 7. cap. 17. ubi profligari Dæmones, & pugna excedere statuit, quotiescunque ab hominibus vitia ea expugnantur, quibus ipsi præsumt. Ut autem carceret his Patrum subfidiis Origenes noster, heresies nota nondum decreto illi apposita est, quod *pnam sensus* à Dæmonibus removet, donec postremo iudicio in abyssum relegentur.

XIV. Diximus supra opinatum suisse Origenem rerum omnium ratione pollutum unam esse eamdemque naturam, eaque pro meritorum inæqualitate vel evchi ad Angelorum ordines, vel in humana corpora deprimi, vel Dæmones etiam evadere. Aliud quid exegitavat præterea nostra commemoratione & disquisitione dignum, hominum nempe sanctitate conspicuorum animas ipsos esse Angelos, non propter peccata in hominum ordinem redactos, sed alii de cauissis extraordinariis illuc legatione à Deo missos. Prostant doctrina huius monumenta. Tom. 12. in Math. p. 291, ubi ait, quemadmodum humanae Christi natura Verbum coniunctum est, ita proportione quadam Angelos, tamquam Verba, scle Prophetis adjunxit: *Εἰ τοις αἴτιοις οὐ τούτοις τοῖς φεγγεῖσιν παθόντας περιήρας αἰσχολούσι τούτους ἐγενέτος τὸ μὲν ἔργον εἶδεν, μαθέσθαι τὸ λόγον μάθει τὸ τρίτον τὸ πάθος αὖτις, τοὺς αἰσχολουσίων δοκεῖ τοῦτο λέγει, ματὶ αὖτις περιέργοντο*, & αἰσχολούσι σύζητος τὸ ιατρὸν δέκεται. Tomo quoque secundo in Iohanni. pag. 76, Iohannem ait non aliam habuisse causam cur in mundum veniret, quam ut de luce testaretur; & addit paulo post Angelos Christi imitatores humanum induisse corpus, quo Christi in homines amorem emulantes, promovenda ipsorum saluti inservient: *καὶ οὗτοι αἴτιοι οὐ τοῦτο τὸ ιατρὸν δέκεται τὸ ζητῶντα πάθον τὸ πατούλιον, τοῖς αἰσχολούσι τούτους ἐγενέτοις, περιήρας αἰσχολούσι οἵτινες τὸ αἰσχολούσι τοῖς αἰσχολούσι πάθον τούτους τοῖς λεπτορίζα τούτους* τὸ στονῆς ἡμῖν περιέργοντο. *καὶ εἶδεν θαυμαζόν τὸ περιπόνου πάθον αἴτιον τούτους τούτους τοῖς φιλανθρωπίαις ζηλωταῖς πατεῖς οὐ μακραῖς γεγονόται χειροῖ, αἰσχολούσι τὸ οὐρανὸν τοῦ σαμαριτῶν τὸ περιπόνου τὸ εἰς αἰθερόποιον μέσον γεγονόται.* Hac deliramenta deinde libri cuiusdam apocryphi, cui titulus est Precatio Josephi approbare nititur, & ex eo etiam quod exultavit Iohannes in Elizabetha utero, quodque Iacob inter & Esau discrimen illud à Deo constitutum est, futurum ut major serviat minori. Nec multo superius hæc leguntur in iisdem Commentariis: *πάλιν οὐτε τοιμίων οὐτε δὲ πάλιν περιέργονται*.

νοις ἀπόστολος εἰσὶν ἀγγέλοι· οὐκ ὁ ζαχαρίας λέγω· ἀγγελος δέ τις ιησοῦς υἱοῦ εἶμαι· λέγε μάτε. Α
σταυρούς τοὺς ἐν ὁσιών πεδίοις ἔγραψαν· ιδού ιησοῦς δικαιόνως ἀλλαγὴ μητρὸς τοῦ θεοῦ στονούσιν. οὐ-
τοις εἰς οἱ τὰς θεοφανίας ἀπόδειξεν προτότοτο χριστοῦ λεπτούτην, ηγέρης τὸν οὐρανὸν ἀρπάξας κατέβηντος·

XXV. Hoc Adamantii dogma convelli Cyrus in Iohann. i. 6. multosque ait iam ante Origenem, ipsumque adeo Iohannem Evangelistam, credidisse Iohannem Baptisnam non hominem fuisse, sed Angelum, ejusque erroris evertendi causa adscriptisse Iohannem Evangelij scriptorem: *Fuit homo. Anonymus apud Photium Cod. 117, Origeni objectum referit, dixisse illum, ὃν εἰς την απόστολον ἀλλοι οἱ ἄριστοι εἰς τὸν οὐρανόν, αἴτιος δι την θεοφανίαν.* Pro ἡμῖν legit Andreas Schottus: ἀλλοι ἀγγέλοι. *vertit enim: sanctos Angelos delapsos in mundum venisse, non ad aliorum obsequium. Quoquo modo legatur, apparet calumnia. At Hieronymus priorem Origenis locum ē Tom. 2. in Iohann. tangit in Aggei 1. Quidam putans, B inquit, & Iohannem Baptisnam, & Malachiam, qui interpretatur Angelos Domini, & agnum quem nunc habemus ē manibus suis Angelos, & ob dispensationem & iussionem Dei assumisse humana corpora, & inter homines converatos. Nec mirum hoc de Angelis credi, cum pro salute nostra etiam Filius Dei humanum corpus assumerit. Et ob hanc causam etiam de Apocryphis praeberunt testimonium, ubi dicitur quod Iacob qui postea vocatus est Israēl, Angelus fuerit, & propentes supplantantes fratrem in ventre matris sue, Iohannem quoque ad vocem Mariae matris Domini exultasse in utero Elizabeth, & omnium rationabilium unam esse naturam, & ob hanc causam homines qui placuerunt Deo, aequales Angelis fieri. Hoc illi sentiant. Ceterum nos nuntium Domini, idest Angelum, qui Hebreice cicitur ἄγγελος, simpliciter Prophetam dictum recipiamus; ab eo quod Domini voluntatem populo nuntiaverit. Sic & Proemio Commentariorum in Malachiam: *Nec putandum est iuxta quorundam opinionem, Angelum venisse de caelo, & assumisse corpus humano, ut Israēli quā a Domino sunt mandata loqueretur. Et paulo post dogma illud Origeni nominatim adscribit: Scripta, inquit, in hunc librum Origenes ista volumina; sed historiam omnino non tetigit, & more suo tunc in allegoria interpretatione versatus est, nullam Esse faciens mentionem, sed Angelum putans suis qui scripsit, secundum illud quod de Iohanne legimus: Ecce ego mitto Angelam meam ante faciem tuam. Quod nos omnino non recipimus, ne animarum de caelo ruinam suscipere compellamus. Idem in Epistola 126, quæ est ad Evagrium: in fronte Genesios, in prima Hemilarum Origenis reperi scriptum de Melchisedec, in qua missi sermone disputant, illuc devolutus est, ut eum Angelum diceret, isdemque pene argumentis, quibus Scriptor tuus de Spiritu sancto, ille de supernis Virtutibus est locutus. Transfui ad Didymum scelorum cuius, & vidi hominem pedibus in magistris esse fermentiam. Longe ergo ab hoc errore absutus Hieronymus, cui ipsum tamen in Comment. ad Psalm. 23. fasile suspicatur Genebardi. Quod certe ita non esse deprehenderet, quisquis totam Psalmi hujus narrationem curiosus oculis perflueraverit. Hieronymo id quoque exprobavit Rufinus Invect. 1. his commotus que in Ephes. 1. 4. scriptum habent illius Commentarij. Sed culpam hanc à se deprecatur Apolog. 1. adv. Rufin. cap. 5. & 6.**

Ceterum inumerito culpat Origenem Sextus Senensis, quod Homil. 23. in Lue. septem Ecclesiarum Episcopos, quos Iohannes in Apocalypsi ratione officij Angelos appellat, vere fuisse Angelos, veramque Angelorum naturam habuisse dixerit; nec harum enim Ecclesiarum Episcopos illic putavit significari, sed earum gubernationi prefectos Angelos.

XXVI. De Angelis tutelaribus paradoxa quoque multa habet, quorum omittenda nobis non est disquilitio. In Cantico Mosis extat comma illud: *Quando dividebat Altissimus Gentes, quando separabat filios adam, constituit terminos populorum iuxta numerum sūtorum Israēl.* Pars autem Domini, populū eius: *Iacob funiculus hereditatis eius.* Hac Ebrais consonant; at ex lectionis varietate, quam alio loco expendimus, verterunt LXX Interpretētes: *οἱ αἰεὶ τοῦ θεοῦ ἀγγέλοι οἱ οὐρανοί.* Hos cum alibi passim, tum hic fecutus est Origenes, atque inde sibi finxit tunc primum Gentibus, cum in varias linguas, variisque populos ad turrim Babel diffiperat, assignatos fuisse Angelos, ut curam earum pastorum instar gererent, & primicias ex iis Deo offerrent, homines nimurū qui meritis praeferrent & virtute, eorumque pias cogitationes; & ut hominibus sibi destinatis ad comparandam salutem auxilio essent; quo graviori autem scelere lese in communī hac perduellione unaquaque gens alligasset, F eo durioris Angeli, pœna causa, imperio fuisse subjectam; Deum autem ipsum regendam suscepimus Gentes hanc qua antiquam loquelam retinuit, sed ita tamē ut si minus ei dicto audientem se præberet, ad Angelorum prefecturam transferat; atque aliae itidem Gentes asperiorum Angelorum experientur imperia, si leniorum justa detrectassent; mollioribus interim Dominis, ad sarcinam commissorum sibi hominum iuram, alios seniorum principum imperio subtrahentibus, & ad se convertentib; s hinc exahereditis Israelitis auctis à Christo Gentes fuisse; Angelos quoque pro ineritorum suorum ratione harum illarumve Gentium regimen fuisse sortitos, Deosque appellari, quod à Deo dati sint, Dominos quod à Domino potestatem acceperint. *καταδηματα* hæc prodit Origenes non uno loco. Videatur Homil. 16. in Genes. & Homil. 11. in Num. in qua supra